sed indistincte debet, tam prima, quam secunda mutatione durante, per iura, qua area legata, dominum ei impositam debet probant, supra a nobis relata dict. numero 54. in fine, quasi idem sit dictum in legato domus, cum id in area conseruat. si gręge 22. in fine, ff. de legat. 1. adeoque si area legata domis ei imposita debetur, conseruat legata domo, redacta potè adareamus, qua denud adificare est, & area, & dominus denud imposita debebitur; quod & ipsius sensit Odoſedius in d. l. qui *vñfructuum*, ad fin. verl. in *legato proprietas*, Raphael Cumannus in d. l. *si ita legatum* 6. §. *si dominus*, in 1. lectura, verl. *Ad finem*, & in 2. lectura, num. 2. oppos. *ultim. verl. Tu d.* & vt venustim admittimus Cuiacius tract. 5. ad *Aphri-* canum, in dict. l. 36. ff. de *vñfructu*, ad verl. *contra autem*, in verl. *Alius quoque discordem*, Duatenus in dicta lege gręge, circa finem, verl. *Hic occurrit*, Atton. Fab. in *irrationali ad relatum*, l. qui *vñfructuum*, lit. B, verl. *Recte autem Accursius*. Qui Textum in d. l. *si ita legatum*, §. *si dominus*, verl. *At si ea domo*, quæ contrarium docet, intelligent in domo non fortitudi collapsa, sed ab ipso testatore deſtructa, quasi specialis fit in ito casu, ob præſumptionem mutata voluntatis, vt & idem Cuiacius docuit in *posthumis*, ad l. 2. 1. & 2. 2. post princip. verl. *Si testator*, ff. de legat. 1. & probare videntur Menochius de *præſumptionib*, lib. 4. *præſumpt.* 171. numero 1. Donellus lib. 8. *com-* mentar. cap. 17. verl. *Maratio*, paulo post princip. dum in domo a testatore deſtructa, & alia eins loco edificata nominatio loquitur. Nam contrarium nō impone fortitudine, sine testatoris factu domus legata corruerit, si tamen postea ab eo adificata sit, legatum exprimate, longè verius sensit idem Accursius, sibi contrarium tam in l. *feruum filij* 44. §. *Si area, verbo legatio*, verl. *Sensit contra*, ff. de legat. 1. (propt. cam recte iuxta leges, quas allegat, intelligent Cumannus ibi post princip. verl. *Sed Glosa*, & Iacob sub §. *si possecula*, numero 6. malequæ Alexander, & Aret. in princip. & ceteri communiter alter iuxta corticem littera accipiunt, adeoque reprehendunt) quam in d. l. *si ita legatum*, §. *si dominus*, verbo *intervire*, verl. *Sed argum. contra*, & verl. *Item argumentor*, ff. eod. rit. ac denique in l. *taberna* 7. verbo non debet, per ilum quoque Textum ff. de *infructu* fundo, vel instrumen- to legato, magisque probant Bartol. in vlt. opposit. verl. *Dices tu*, Albert. in fin. Paul. Caſt. corum immemor numero 3. verl. *Sed dict aliud*, & Iason numero 3. & latius à num. 7. in d. §. *si dominus*, idem Alberticus num. 1. verl. *Et caue tibi*, & Fulgo. ante num. 1. verl. *Non tamen mibi*, in d. l. qui *vñfructuum*. Alexand. & Arctinus in princip. in d. §. *si area*, Ioan. Garſias de *expensis*, cap. 2. 2. num. 34. circa fin. verl. *Rurum Caius*, in d. §. *si dominus* & verl. *Negue in his pugnat*, illam rationem commendantes, perperam neglectam à Cumano in d. §. *si dominus*, in l. 2. 2. lectur. quod domo legata deſtructa, area qua remanet, pars eius est, & ideo interim legato cedit, at noua postea adificata domo, iam area incipit esse pars huius noua domus, que legata non fuit, cui foli, cūque domino nempe testatori, non autem legatario prima domus cedere intelligitur, dum contraria testatoris mens per legatum non probatur; id quod non æque vice versa contingit in area legata, cui superficies siue domus imposita cedit, velut eius augmentum, & accessio, quia domo dirita, nihilominus eadem area legata manet, ac proinde tempore debetur. Quia lato rate æquæ militat in domo legata fortitudi dilata, ac in ea, qua hominis facta diruta est; æquæ item in domo a quolibet alio, quam testatore ipso denud adificata deſtructa, non proinde aliud sensiti videri debent Menoch. & Donel. *sugr* fed exemplificatione tantum locuti, quia & ipsi prefata vñfructu

ratione, quod dominus redificata, non sit dominus, non illa que legata fit, quam etiam adfert eodem modo locutus *Ægidius Hortenfius* ad l. s. fundus 16. q. si res hypothese, ff. de pignor. pag. misbi 3. vel. *Necque his obstat, in iudicis pag. 5. ad fin. verit.* Sed quo casu, cum princip. sequentis, qua ratio (vt diximus) vitrumque calum comprehendit. Sed & eadem viget ratio (adeoque & iuris dispositio eadem erit, iuxta vulgaria iura) in noua domo ab alio quam testatore ipso fe. vino redificata. Nec dicatur verbis illis: d. q. si domus, at si ea domo destruta, aliam eadem loco restator adificauerit, aperte illam rationem esse, quam Raph. Cuman. illi Cuiac. & Dnaren. supra considerant, quod nimurum cum dominus legata ab ipso testatore destruta fuerit, & alia eius loco adificata, eo animo id fecisse videtur, vt effet noua domus, in praecedenti legato non comprehensa, dum contraria testatoris mens probata non fuerit; aliter atque si fortuito collapsa fuisset, quia eadem domus intelligeretur. Tum quia verbum *destruta*, quo Text. ille vitetur, imperonaliter adiectum est, nulla eius sed tantum verbis *adificauerit*, ad testatorum relatione facta, & vi sua generale est ad destructionem quocumque modo etiam fortuitae contingente, puta: vi hostrum, fluminis, vel fulminis, etc. referri plenarie soleat ad hominis factum, *lege Prator* 20. §. 1. in fine, illic: *Destruere cogitur, lege stipulatio 21. §. 1. similiter in fine, illic: Destruere compellitur, & 1. eni opus 22. illic: Patiensiam destruendi operis, ff. de noni operi nunciat. Cetero liter 7. C. de pignorat. ac *Item contra dictorem* 29. C. de locato, & apud Cic. in *Catoe maiore* sine de senectute, num. 7.2. illic: *Vt naem, ut adiuvium idem destruit faciliter, qui confringit.* Tum etiam quia in simili specie legata taberna, sive infusa, vel dominus, cum cenaculo, & mercibus ibi existentes, & horreae vinariae cum vino, & vals, infusa in domo, ip. quia cenaculum erat, vino testatore exulta, adeoque fortuito casu perempta, & noua postea eodem loco constituta, horreaque à testatore vendito, vini autem venditione dilata, vt ex eo comoda venirent, de valore vniuersorum legatorum *Scaula* interrogatus, ea in quibus voluntas mutata esset, non deberi respondit in *ad. tabernam 7. ff. de instruto, vel instrum. legato*, planè de noua domo, & horrea vendito sentiens, & solam in vino, cuius venditio dilata est, contarium innuens, vt recte Accurs. ibi interpretatur, cui ceteri communiter contentiant; id quod maximè conueniens est. *Vt statu Scaula in respondendo mori, quem ad plurimum eius responsum intellectum referunt. Dur. in libello, qui inscribitur *Scaula*, ad l. qui Roma 122.8. Agerius, ff. de verbor. obligat. num. 10. & 11. & in commentario illos tit. ad eundem s. ybi & nota Hubertus Giphan. num. 38. D. Conar. in *præt. quæst. cap. 39. num. 5. verit.* Demini ipse, Guido Pancirolius in *thesaur. war. test. lib. 2. cap. 103. Donel. lib. 8. comment. cap. 31. verit.* *Quod cum constet, & ad eum Hilliger. lit. D. Petr. Barbola in rubr. foli. matr. 1.p. num. 30. verit.* *Negque obstat.* Cur autem in pignore, in domo constituto, contrarium responsum fit in *ad. Paulus, 9. dominus, ff. de pignor.* ut sub eo veniat etiam noua domus, post primam extingtam facta, ratio in obscuro non est; ex domus enim pignore, in reque eins teali, quod creditori iam acquitatum, atque adeo fuisse fuit, pignora area, quia illa sublata superest, adhuc reliquum est, quod & adiuvij deluperi impositi pignora secum trahit, argum. Text. in l. adod 7. §. ex diverso, & l. si *supratnum 2.8. in fin. ff. de acquir. rer. dom. cum simili* at legatum ad legatarij ius, ac dominum non nisi a morte testatoris pertinet, interim verò totum adhuc in voluntate, & potestate testatoris est, idcirco nihil legatarij patere potest; quia omnino facta questione**

, et , an sublato nomine rei legatae, adhuc testator legatum manere voluerit & in dubio id voluntate, cum vel rei legatae accessione, vel pars aliqua superest, putata arca legata, & poterat domo facta, vel contra legata domo, potestaque ad arcam redacta, non obscurum lirurifontem responderunt, ut superioris vidimus: certius hoc posteriore casu nova postea domo adificata, aliud iuris esse constitutum, quia est domus cedat arte principaliter reliqua iure accessionis, & augmenti, ex regula l.i.s. ex 1010. 8. in fin. principy, & l. quod in rerum 24. §. si quis posse, ff. de legat. 1. cum similibus, non tamen cedit area, qua venit in consequentiam domus legatae, ne detinatur accessionis, argumento Text. in l. cum essent 33. §. 1. in fin. ff. de fernst. rust. prad. & l. 1. ff. de usu, & usfruct. legato, cum traditis a Gotofred. vivique qui bene explicat; quam differentiam rationem inter pignus, & legatum docuit in effectu, licet non per omnia sic explicet Aegidius Hortensis in d. §. si res hypotheca, pag. 4. & 5. Qui & ipse a pag. 7. vers. Nunc videndum, rectissime interpretatur Textum difficultem, qui his, que circa pignus tradidimus, non parum refagari videtur, in d. l.s. consenserit 18. §. si quis cauerit, ff. de pignaris, actione ultra Glof. & Doctores ibi, Negulan. de pignor. 2. membr. 2. parti, num. 2. 6. & Cuiac. lib. 2. 3. obseruat. c. 22.

Superefactum iam, ut argumenti confirmationem dilatus, sumptum ex doctrina Angelli, & sequacium, quibus accedit etiam Joseph. Ludou. inter communis opiniones, tom. 3. titulo de iure emphyteutico, conclusio unica, post princip. vers. Similiter non excusat, Iohannes Franciscus Bellacomba tom. 1. titulo 4. de iure emphyteutico, numero 24. Surdus cons. 197. numero 12. & 13. libro 2. & decisi. 198. à nam. 8. maxime nam. 11. ¶ 12. (vbi alios congerit) Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. capite 195. num. 18. qui argumentum sumpto ex pignore, & legato domus, quae in area, ad quam illa redacta est, consernatur, ex late hæcens dictis, idem in canone, seu censu emphyteutico constitutum, vt ille adhuc duret, sine ab obligatione solvendi eum emphyteuta non liberetur, etiam penitus defracta, vel combusta domo, in emphyteum concepta, propter aream, quae remanet. Quia traditum illa procul dubio fallax est, aperteque comincitur ex l. 1. illuc: *Siquidem tanta emerse clades, que prorsus etiam ipsius rei, que per emphyteum data est, facias interitum, hoc non emphyteutario, cui nihil religimus permanesse, sed rei domino, qui quod fatalitate ingrebat, etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, impetratur, Codice de iure emphyteutico, §. adeo autem, vers. Sin autem nihil, illic: Sequidem rotius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum, inst. de locar. & conduct. quibus apud nos conuenit lex 28. vers. E porque este pleyo, illuc: E dezimos, que si la cofia, que assi es dada a censo, se pide rada por coacion, assi como por fuego, o por terremoto, o por aguadachos, o por otra razan semejante, tal dano como este pertenezce al señor deles, e non al otro, que la onteje assi recibida, e de aquell dia adelante non seria tenido de darle censo ninguno, sit. 8. parti. 5. quibus in locis per omnimum rei interitus non potest intelligi etiam area, quae regulariter semper remanet, ut in usu traditum est in l. repesi 5. §. rei mutatione, ff. quib. mod. usfruct. amitt. cum similib. supradictis. Idque merito, nam emphyteusis propter vtile tantum fructuum dominium, quod ad emphyteutam transit, directo, quod rei proprietatem concernit, penes concedentem remanente, iuxta ea, que late diximus, ac probavimus dissertation. 13. numero 16. & dissertatione 19. nam. 40. usfructu magis similis est, iuxta tradita a Glof. verbo meliori, in cap. vnic. §. è contrario, de inuestigatio-*

re aliena facta, in usib. feud. Speculat. lib. 4. tit. de  
mphyteus, quæst. 10 sub n. 16. in fin. Baldi in Cronic.  
in primo, num. 12. in fin. C. de cad. tollend. Alberic.  
in usfr. leg. Iaf. in l. 2.m. 18. C. de iure emphyt. Mate.  
Anton. Natta conf. 149.n. 24. tom. 1. & DD. communi-  
niter in l. diuisor. 8. i. si fundam. lecundum relatos à  
Petr. Bartob. ibi. n. 15. f. soluto mar. adeoque secun-  
dum eius regulas, illi quoque legibus subnotis, non  
autem pignoris vel legati indicari debet, ex regula  
Text. in l. non posse 12. illuc: *Alii familia procedere,*  
*cum lege sequenti: ff. de legibus, & quæ non suffit mul-*  
*tum à imperio condicunt, in qua idem docuit Bart.*  
*in l. 2. num. 1. verl. Sed quando conduxisset, ff. de u-*  
*perficiebus, receptus ab Angelo ibi, & Paulo Cafr.*  
*in l. 2. in notab. ff. de seruari. Phillip. Corn. apud Socin.*  
*senior conf. 138. num. 3. vol. 1. quicquid similitudinem*  
*istam negat Valaf. de iur. emphyt. q. 3. num. 2.*  
*Quapropter illi est, si pro parte tantum res emphy-*  
*teuta, patet superficies domus perire, quia in par-*  
*cus, que remanet, emphyteus conservatur, nec*  
*proinde liberabitur emphyteuta ab obligatione fol-*  
*liani canonem, quia nec viuisfructus finitur, com-*  
*petit, in qua constitutus est, forma non omnino*  
*mutata est, lege si cui insula quinquagesima terria,*  
*alis 60. illuc: Si cui insula usfructus, legato est,*  
*quandiu qualibet portio eius insula remaneat, iuris soli*  
*usfructus non retinetur, ff. de usfruct. l. fundi. 8. sed*  
*eo 9. quid tamen 10. s. 1. verl. Planè si per partes,*  
*& vlt. verl. Ego puto, illuc: Supererit in residuis,*  
*quibus modis usfructus. amisi, quod & apud nos*  
*per argumentum, a contrario latius indicat. 2. illuc: Que-*  
*nando rola la cosa, o el edificio, en que fuese otorgado*  
*algun horne el usfructo, o el oyo ran solamente, o deri-*  
*bandido todo por terrorero de razy, o de era grifa,*  
*perdeje porende el usfructo, que aniaen ella, tit. 3. 1.*  
*parti. 5. quasi fecis sit si pro parte tantum rei forma*  
*sublata sit; prosequitur, & explicat optimè ultra*  
*ordinarios ubique, plurisque alios à se relativos D. Ioan.*  
*del Castillo de usfr. cap. 72. num. 1. 2. 3. & 4. ac*  
*14. Ergo nec emphyteus finitur, si pars aliqua*  
*integralis rei emphyteutica remaneat, quod eti per*  
*argumentum, à contrario similiter indicauerunt Text. in*  
*l. 4. leg. 1. Codice de iure emphyt. in dñ. 8. ad eum autem,*  
*de loca, & conduct. in d.l. 2.8. tit. 8. parit. 5. in*  
*verbis suprius relatis, adhuc distincte, & specificè*  
*ad explicantur in sequentibus verbis, nempe d. 1. 1.*  
*ibi: Si vero particularē, vel altud. leue contingit*  
*dannum, ex quo non ipsa rei penitus ledatur substantia,*  
*hoc emphyteuticus suis partibus non dubitet*  
*adscribendum, dicto s. adeo, illuc: Si autem par-*  
*icularis, ad emphyteuticos hic usmodi dannum ve-*  
*nire, unde venticuli illi prolixi sunt.*  
*Si res perit tota, liberabitur emphyteuta,*  
*Sed si pro parte, nulla liberabitur arte.*

Ali dicunt , Cardinalis numero trigesimo primo , in principio , (apud quem corrupte scriptum est , si ex vero perire , pro verbo : Si ex toto non perire ) Joannes de Anania sub eodem numero Abb. Panormitan. communiorum hanc sententiam dicens , n. 16. & Beroi. num. 177. in cap. porut. 4. ext. de locatis , Alex. conf. 1. 12. n. 1. & n. 3. verl. Ad allegata. vol. 1. Franciscus Marcus decis. 325. num. 1. volum. 1. Catec. Cott. in memorabilibus , verbo emphyteus regulariter . Match. Affilius ( Angelum intelligens ; quando in emphyteum fuit etiam concession solium , ubi erat domus ) decis. 3. 3. num. 12. & ad eum Casia Vifilus num. 8. idem Vifilius ad eundem Affili. decis. 2. 58. numero 10. & 1. Iul. Clar. lib. 4. sentent. §. emphyteus , quæst. 8. num. 8. Andre. Galilium prædict. obser. lib. 2. cap. 2. 3. n. 3. & 2. 4. Antoninus Thelaure. decis. Pekem. 20. n. 4. Valafe. de iure emp. gr. cap. 27. 2. 1. in fin. cum 2. seqq. ( qui fibi plane contradicunt 2. 4. 2. n. 2.) Pater Azor. inf. moral. lib. 1. cap. 19. trahit de emphyteus , cap. 6. q. 1. Pater Rebelloz de obigat. iust. 2. p. lib. 13. q. 9. n. 3. Ludou. Auendās. & Ludou. Cenensis in tract. de censib. illa cap. 61. num. 6. hic verò 3. p. cap. 1. art. 1. n. 5. & 6. Camillus Borrellius in summa dec. tom. 1. tit. 3. de emphyteus. n. 229. & 230.

Dixi iure communii inspecto , ut exciperem ius nostrum Regium , quo ( ut diximus ) octava pars definita est , que emphyteuta remaneat debet , ut ad canonicis præstatimem adstrictus maneat , ut obseruat Greg. Lop. in d. l. 2. 8. parit. gl. 1. 2. verl. Ista tamen lex Ioan. Bart. Villalob. in antinomis iuriis communis , & Regy. lib. E. n. 7. & in arario communium. lit. E. n. 1. 19. Valaf. d.c. 2. 7. n. 4. in fin. & n. 1. circa fin. verl. In Regno autem Castella , atque ita illa lib. inspecta , indubitateum est , emphyteum in sola area , ad quam dominus emphyteutica redacta est , minime conferari , eti id sit iure communi controvèrsiam , ut recensim aduteri Villalob. in antinomis , d.lit. E. n. 6. quicquid relinquetur Olantis sub eadem littera , numero 11. & 12.

Rursus addidire regulariter , ut indicarem , non esse indistinctè verum , ob patrem , quæ ex re emphyteutica remaneat , teneri emphyteutam integrum pensionem solutore , quia id ita demùs Bartol. admittit in dñi. l. prima , numero 4. & 9. C. de iure emphyt. si pars quæ superest ex te emphyteutica , sufficiat ad solutionem pensionis ; quæ sententia , eti simpliciter accepta vera non sit , ut adhucunt Abb. Panorm. in d.c. potuit de locato , num. 16. verl. Sed hoc dictum Salyc. num. 7. verl. Bart. vero , inquit num. 10. & 11. & Iul. n. 19. & 20. in d. l. 1. Pater Azoriz dicit. de emphyteusi. c. 6. quæst. 2. at saltem eo cafo frequenter recipitur , quo semper emphyteutica tanta est , ut fructibus ex re emphyteutica percipi solitis correspondat ; nam ubi ob particolare damnum in ea re contingens talis penitus reliqui nequeat , eins fieri remissio ad ratam damni , instar vera locationis , in qua id ita traditum est in legge ex conduto 15. 8. Papinianus (alias leg. sive fin. 17.) & lege smerces 2. 5. alias 2. 8. & vis maior , fil. locari. l. licet 8. C. cod. iii. c. proper fieriliatem 3. ext. eod. tit. legge 2. 2. tit. 8. part. 5. Nam cum ratio , ob quam in emphyteute huiusmodi reguliter regulariter non sit , illa sit potissima , quod ( quia ad meliorandum in inspecta eius origine concedunt , iuxta ea , que diximus dissertatione 16. numero 7. 9. & 8. ) pro modica pensione plerunque datur in recognitionem dominij ) direcci , ut satis constat ex Autent. non alienavatis , g. lex itaque , verl. Dudson. illuc : Et immo numerat plurimam quantitatē r. redditus illis , qui emphyteusim accipiunt , iuncto Text. ibi , non autem ultra sectant partem relevare emphyteutis perceptibiles , propter fortassis casus , cap. 3. s. quia vero Leonis. collat. 2. & Anth. perpetua ( quia inde sumpta est ) C. de sacra Ecclesi. N. n. emphyteusim

cam vbiq[ue] notatis à Gotofredo, qui benè explicat; ea autem ratio cestet vbi pensio, fructibus vel redditibus rei emphyteutica correspondens, prefatur, quia tunc magis locationis, & conductionis vicem obtinet, vt colligitur ea dicto q[ui]a verò Leonis, illie: cum liceat conducere potius, quam tales diminutiones in emphyteufum celebrare, conseq[ue]ntes est vt & ius regulariter in emphytenui constitutum cestet, ex regula Iudiciorum 6. q[ui]amvis, ff. de iure parvorum, cum relatis à Tiraq[ue] tractante causa, 1. p. n. 130. Eucard. in locis legalibus, loco 80. a cessatione rationis, s. 1. & 2. & videtur proprie[ta]s ius in huiusmodi emphyteusi, in vera locatione statuendum sit, ex regula lib. illud 32. vers. Sed magis, ff. ad 1. Aquil. cum similius a merelatis dissertatione 7. numero 19. confert & Text. in 1. queritur 10. ff. de statu hominis & in l. legatis 65. q[ui] si unus seruus, ff. de legat. 3. quare minimè ad rem pertinet nonnullorum obiectio, quod emphyteusis, pro magna etiam pensione, fructibusque correspondenti constituta, in recognitionem dominij directi nihilominus praefatur, veraque ac proprie[ta]s emphyteusis nomen, & substantiam retineat, ita ea, que cum pluribus resolut Valacus de iure emphyt. q. 1. numero 8. adquæ se secundum eius regulas, non autem simplici locationis videatur indicanda. Quia huiusmodi consecutio ex nuper traditis falsa esse conuincit, nec enim secundum locationis regulas, quod pensionis remissionem faciendam, ex eo huiusmodi emphyteusis indicatur, quod non sit vera, & propria emphyteusis, ad quod sufficit, vtile per eam dominium in perpetuum, vel longum, aut longissimum tempus in accipientem transferri pro canone, vel pensione, quæcumque sit, interim per eum soluenda in recognitionem dominij directi, in quo planè a simplici locatione differt, iuxta latè tradita à Valaco d. questione 1. ex num. 2. & 9. 17. num. 6. Auendanus de censib. cap. 1. n. 10. fed ex eo potius, quod cum pro magna pensione, & fructus vel prouentus, ex re emphyteutica percipi solitos, sumptibus ac laboribus deductis, penè aquantur conceditur, in eo quidem a regalari, & ordinaria emphyteusi discrepat, vt in simili deducitur in lege Lucia 24. ff. depositi, & simplici locationi similis est, adeoque ratio postulat, vt secundum eius regulas quod pensionis remissionem iteratur causa faciendam potius iudicetur, vt & sit in locatione fundi vegetalis in d. Papinianu, al. si uno, vers. Hoc idem, ff. locati, licet per eam utile in conductem dominum transferatur, vt late probani, & exornari dissertatione 13. à numero 43. Ex quibus, tametsi non sic per omnia comprobatis, sic verissime cum communis resolutum Anania, Beronius, Alexander, Catearius Cotta, & ferè omnes alii superius relati, maximè Gailius d. obseruat. 3. à numero 24. vers. 9. limitatur, Gregor. Lop. in d. 1. 28. partite gl. 1. 28. vers. Et limita, Alnatus Valacus dicta questione 27. num. 4. vers. Ceterum, & numero 6. 11. & 12. Antoninus Thefaurus decis. 20. à num. 5. & ad eum Gaspar Anton. Thefaurus lib. C, vers. vlt. Ludou. Auendanus. d. 60. num. 6. ad fin. vers. Hec tamen sententia, & ultra eos & alios Rolandus à Valle cons. 99. num. 26. vol. 1. Hippolit. Riminald. cons. 40. n. 5. vers. Ita pariter cum 3. seqq. & cons. 49. à num. 14. tom. 1. Aloysius de Leo in d. l. 1. C. de iure emphyt. n. 19. vers. Sed pro concordia, Petr. Barbola in l. dinotio 8. 6. fin. 1. p. n. 70. ff. sol. mar. Cald. Pereyra de extinc. emphyt. cap. 2. num. 8. Pater Rebellus de oblig. ins. 2. part. lib. 1. 4. quæst. 8. à num. 6. vers. Quaresbie, Card. Tuschi. pract. concil. rom. 3. lit. E. concil. 204. num. 13. Blaf. Flores optimè declarans, in addit. ad Gammar, decis. 150. vers. Communiter concludatur, Emmanuel Barbola ad ordinat. Luisiana, lib. 24. titu. lo 27. ad princip. ordinat. num. 3. post med. August.

ff. de in rem verso, 1. qui res 98. s. aream, vers. Nec admisum, ff. de solut. cum adductis à Barbola in locis communi, ax. 9. n. 1. Gabr. Aluar. lit. A. num. 66. id quod infra magis comprobabimus.

68 Nec obstat prior argumenti confirmatio, sumpta ex reg. Text. in l. questione 7. 8. s. illud, vers. Quippæ ea, ff. de legat. 3. Quia illa locum tantum habet cum agitur de iure, ad rem aliquam competente respectu proprietas ipsius rei, p[ro]pterea ex legato, vel pignore, quod quidem ius tempor manet, dum manet materia, que ad suum initium reduci possit; propriètate p[ro]cedit in rebus mobilibus, in quibus loquitur, iuxta ea, quæ superius tradidimus n. 6. 2. & 6. 3. scilicet ultra DD. ibi relat. ac Bart. Alex. & alios in d. s. illud, tradunt, & explicit optimè D. Praes. Couarr. variar. refol. lib. 1. cap. 13. num. 9. vers. Decimo ab eodem fonte, Donel. lib. 4. comment. cap. 12. vers. Et ej[us] quidem, & lib. 8. cap. 17. vers. Sed & in rebus, quanquam & in immobilibus ex rationis identitate non minus locum habeat, iuxta ea que resoluunt Bald. in l. 1. in lectura, num. mibi 29. in fin. vers. Et in exemplo sylue, & ibi Ias. num. 99. vers. Tandem, Codice de iure emphyt. Bartholom. Cepola de servis, rust. pred. c. mibi 104. (alias 22.) de montibus, num. 12. vers. Tamen Baldus, Pinel. in l. 1. 2. p. n. 5. in fine. Cod. de bon. mar. D. Ludou. Molin. de Hispan. primog. libro 1. cap. 22. num. 7. vers. Aut loquimur in silva, Petr. Barbola in l. d[icit]orio 8. si vir. num. 32. vers. Neque Baldus, & num. 35. ff. solus mar. Non verò regula illa locum habet respectu viisfructus, cuius initia census obtinet, his enim indistincte rei mutatione in alias formam, finit, vt sepe diximus.

69 Sed & quod in censu configinatio redimibili diximus, vt extinctione rei censit cestet, & extinguatur iuxta superiori declarationem, in configuratione perpetuo eodem modo procedit, cum eadem in modo major in eo ratio vigeat, vt ex eadem causa cestere debat, eadem enim petit conditions, quam redimibili, præter hoc vnum, quod redimi inquit potest, in quo ab eo differt, minore preio contentus, iuxta latè tradita ab Auendanus de censibus, capite 31. & 32. ceterum ab hoc ipsum illo iustior est, cum ex defectu talis facultatis, nulla in eo lucri certudo respectu emptoris dari possit, qua ratione huiusmodi censum perpetuum redimibili iniuste esse pro constanti inponunt Innocentius in o. in ciuitate, n. 2. vers. Quidam tamen, ex ir. de ius. Nauar. ad 2. si fenerauerit, 14. quæst. 3. num. 69. vers. Secundum quod antiqui, & num. 98. gl. 18. & in manuali, c. 17. num. 234. Pater Dominicus Soto de iure & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 2. concil. 1. Felician. de censibus, lib. 1. cap. 7. num. 4. quicquid contrarium noue contendat, Auend. devers. c. 1. 8. 12. nimis fallacibus rationibus nixus, que eod[em] praetertim tendunt, quod cum censu configinatio perpetua, eadem de eius iustificationem conditions petat, ac redimibili (vt diximus) hic autem illam amplius exigat, quod ad libitum debitoris redimi valeat, & ab eo ea minime sustineatur, ob eandem conditionem iustior erit configinatio perpetua, qui redimi inquit potest. Nec enim animaduerit, in censu redimibili idcirco praetam conditionem desiderari, quia per eam quadammodo fit perpetua, cum possit debitor, cui soli redimendi facultas darur, eum nonquam redimere, iuxta ea, que cum multis probamus dissertatione 29. num. 13. Quidam tantum hic causis, qui verè perpetuus non est, iustificatur, nam alia si & creditor cum vellet, eum posset redimere, eftet de lucro ultra force certus, quod huiusmodi censurari contractus substantia & iustitia omnino repugnat, iuxta iuste- tias tradita. Dissert. 27. num. 10. 11. & 12. Ergo cum censu configinatio redimibilis, vt configina-

D. D. Ios. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.

N n 2 minus

minas præsumi debet census impositus: titulus donationis, vel legati, antex familiis causis, quas referunt Menoch. de presump. lib. 3. presump. 107. a numero 7. ad 12. Rodriguez de redit. lib. 1. questione 1. num. 1. & questione 15. num. 42. & lib. 30. tota questione 6. Auendan. de censibus, cap. 10. 2. 3. 4. & 9. per tota, quia hi census rarissimi sunt, nec proinde in confederatione habendi, argumento l. 3. cum 3. seqq. ff. de legibus, cum dubiae hominum conventiones, & aliae quacumque dispositiones iuxta eorum vel regionis consuetudinem accipiende sint, l. certi condicione 9. si numeros, ver. Cum quotidie, ff. de rebus credit. l. quod si nolit 31. s. quia assida, ff. de edit. editi 1. si fundus 6. ff. cu. et. al. semper in stipulatio-ribus, ver. Aut si non apparet, ff. de reg. iur. l. licet 8. C. de locato, cum aliis adductis a D. Conar. variar. refutare. lib. 1. cap. 15. num. 9. ver. Deinde ambigua, & lib. 3. cap. 10. numero 4. Mieras de maioras, 1. part. quæst. 3. ex numero 49. & a nobis latè differt. 20. ex num. 27. & differt. 30. num. 6. Cum itaque census configurationis vbiq' gentium valde receperus, & visitatis sit post extraag. 1. & 2. de empor. & vendit. inter communis, ab utriusque illa præsumptione nuper commemorata recedent, vt hinc magis præsumatur, ex reg. Text. in l. *Dinus* 7. ff. de in-integer. refut. & similium, quam exornavi pluribus dif-ferent. 2. 1. numero 73. ad finem, & in proposito præsumptionis hoc in casu elicere expediret etiam *Vas-*lascens d. q. 32. numero 35. paulo post princip. sed in terminis ex ea frequentius vobis ratione censum præsumi potius pecunia, quam alterius constitutum, factem vbi id alii probacionibus adiuvantur, docuit Galp. Rode-ric. d. lib. 1. de annis reditib. quæst. 15. num. 41. & 42. In eo igitur quæstio nostra verbiatur an huius modi census emptius, seu configurationis, qualiter regulariter, ob afflictum eius vobis, præsumendum potius esse concludimus, redimibilis an vero perpetuum in dubio indicandum sit, censu de eius constitutione ex scriptura non constat, quia vel amissa sit, vel confecta non fuerit, propterea illam non esse necessariam, falso seculo motu proprie Pij V. resoluunt Felician. tomo 1. de censibus, libro 1. c. 9. num. 9. & tom. 2. lib. 3. c. vlt. num. 5. ver. Sed cum veritas Rodriguez d. q. 15. numero 1. late Auendan. de censib. c. 84. ex num. 5. & post alios Ludovicus Cencius cod. tra. p. 1. c. 4. numero 4. & 15. & cum qui minus grauit, & frequenter sit, prefamini potius debeat, vt superius probauimus, & redimibilis tum frequenter sit, tum etiam longe minima deferat gravamen, vt precep. nam. refolumus, consequens est, vt si annua præstatio ex causa census, super te posse constituiri, maxime post exprimationem eius recognitionem (qua per se sufficit, argumento Text. in l. censualis 7. C. de donat. invenit que ultra Bart. & alios ibi, resoluunt Guidon. Papa quæst. seu decisi. 42. num. 1. ver. Quæ curia, & decisi. 272. num. 3. ver. Sed præmissi, Guiliel. Bened. ad c. Raynunitum de testam. verbo & vxorem nomine Adelaianam, in tract. de success. ab intest. a. num. 445. ac post plures alios Mascal. de probat. lib. 1. concl. 604. a numero 33. Felician. de censibus, lib. 3. c. 6. numero 4. Auend. c. 99. n. 5. ) longo iam tempore, putat decem annis continua simpliciter facta sit, census qualitate an redimibilis, vel perpetuus fuerit, non expressa, in dubio talis configurationis census redimibilis, non autem irreducibilis, seu perpetuus indicari debet; alter atque si expressa fuerit causa census perpetui, quia tunc propriè perpetuus, siue qui redimi nunquam possit, magis indicabitur, donec error in contrarium probetur, quemadmodum resoluunt D. Praes. Conar. var. refol. lib. 3. c. 10. m. vlt. ver. Quinio ibi anni redi-  
bus, Felician. de censib. lib. 2. cap. 5. num. 25. seu fin. sub ver. Nec minus soler debilitari, Rodrig. d. lib. 1. de

statu ad rationem decimæ quartæ partis pro milliario, vel timilem, iuxta illius temporis taxam ex facultate Regia impositos, imponeat denuò posset ad rationem vicecum, iuxta nouam taxam, ex noua facultate Ducis ad hoc concessa, ( cuius tenor in instrumento illo inservit est, ac simul relatio facta census, ex Regia facultate super Ducis statu impositi anno 1537. in favorem Comitis ad rationem decimæ sextæ partis pro milliario) censu illius imponuit ad rationem prefata, noua taxæ, quod instrumentum vñique in diem petite executionis, & sic plurimum decem annis continuit ab illius confactione pacifice, & inconcessum seruatum est per vñiformes annuas præstationes, ex cala dicti census factas, & nihilominus cum ad additionis sententiam pars Ducis citetur, ab eaque allegatur, instrumentum illud executioni tradi non debet, datus de censu imposito in eo relata non constat, iuxta regulam Text. in *Aust.* si quis in aliquo locamento, C. de edend. cum similib. ordinarius index lapis 10. diebus ad exceptiones probandas I. Regia concessis, decreto suo iustit Comitis partitum habet, si vero longissimi temporis, putat 30. vel 40. annorum præstatio codem modo facta sit, non tantum titulum præsumit, sed etiam inuidet, qui tali erroris allegatione, & probatione minime remonet; cum illi sollemmodo ei oblet exceptio, quæ ex vitiolo seu foeneratio ipsius contractus initio defecit, quo non apparent, tanti temporis præscriptio pro legitimo eius titulo sufficit, ex alia quacumque causa irretractabili, quomodo posterior alia traditio exaudienda est; idque etiam magis sensisse videri debent Blaith. Flores, & Vallis Oletani prætorij deciso: à se relata dicta questione 2. numero 42. cum 2. seqg. & Stephanus Gratianus, qui eum refert, & sequitur dictum forens. tom. 2. capit. 208. numero 4. & 15. Nec proinde in hac specie immemoriale tempus desiderabitur, vt perperam voluit Auendan. de censibus, capite 99. numero 7. fallaci-  
bus nimis rationibus vobis, planeque fibi ipsi contra-  
ris in aliis locis, superioris commemoratis: & hu-  
iunctimodietiam longissimum tempus interuenit in ca-  
sa illa Hispalensi cuius supra nieminius, nam ante  
scripturam reductionis census, vñiformis eius præ-  
statio per alios decem annos, & vltro probata est.  
Ex quibus omnibus factus late traditis sequens 17.  
casus decisus est in Granateni prætorio, me indice 28. Deciso  
di Septembri anni 1632. Cum domus quedam invenit  
Ioan. de Cordoua, Gaditanum quondam eius, vt eius de-  
Gentilis, qui debebatur, ad eiusque solutionem se lo-  
quuntur obliquitatem, domumque ipsam postea anni 1555  
cum eiusdem census onere, & alterius redimibili lex  
ducatorum annorum, denuò impositi in favorem  
Ioannis de Ortega, vendidit Joanni Rodriguez; &  
cum hic rursus can vendere vellet, sub precio 55.  
ducatorum eam vñiusque census onere Ioan. Cata-  
lan, venditionem itam, quam facere parabat, cen-  
sus dominis denunciant, vt si illam pro cedenti  
precio vellent, acciperent iuxta præstatum mo-  
tus proprii Pij V. hac in parte in cimitate illa Gadi-  
tana moribus recepti ( quod etiæ iure communi in  
emphyteutico tantum censu exigatur, in configura-  
tione id requirit conditiones, vt iustus sit, sine quibus  
foeneratio potius indicatur, non etiæ sic in-  
dumente procedit, in quo quotiescumque, etiam post im-  
memoriale tempus, de vitiolo eius initio confe-  
xit, in irritu illi rediretur, iuxta ea que resoluunt  
D.D. Iof. Vela Dissert. Iuris. Tom. I.